

Antennae clauatae ut in congeneribus. Elytra fasciis duabus, in medio et versus apicem, coccineis. Pedes ob hirsutiem grisei.

- T. XXIV. 5. CERAMBYX *equestis* thorace spinoso ater
Fig. 5. apterus, elytris connatis, margine, cruce in sutura dorsali et duabus lineis ad basin longitudinalibus, albis.

Habitat in apricis Russiae australis.

Longitudo fere pollicaris, latit. fere 4 lin.

Descriptio. Antennae mediocres, crassae, fuscae. Corpus quasi holosericum atrum. Thorax spinosus, marginibus vbi cum capite et trunco necitur albicantibus. Elytra connata, abdome paulo breuiora, cruce in sutura dorsali, margine et lineis duabus ad basin longitudinalibus punctalis, albis. Alae nullae. Pedes validi, brunnei.

- T. XXIV. 6. LEPTVRA *ucranica* nigra, antennis pedibusque rufis, thorace fascia et duabus maculis, elytris tribus et totidem fasciis flavis.
Fig. 6.

Habitat in Russiae australis umbellatis.

Longitudo 7. latit. 2 lin.

Descriptio. Caput vbi cum thorace necitur fascia flava, quae usque ad atrorem angulum oculorum extenditur. Frons siue regio inter antennas et labium flava. Antennae rufae, corpore paulo breuio-